AUTHOR:

BITTERAUF, KARL EDUARD

TITLE:

QUAESTIUNCULAE CRITICAE AD ...

PLACE:

MONACHII

DATE:

1900

Master Negative #

93-81283-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Bitterauf, Karl.

Quaestiunculae criticae ad Aristotelis Parva Naturalia pertinentes. Dissertatio inauguralis. Monachii, 1900.

pp. 27+. "Vita," after p. 27.

*Aristoteles. Parva Naturalia

HCL 13-2512

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 10-25-93 INITIALS M.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Bitterauf
quaestiunculae criti-
cae ad Aristot. Parva
Naturalia pertinentes

Quaestiunculae criticae ad Aristotelis Parva Naturalia pertinentes.

Dissertatio inauguralis

quam

auctoritate atque consensu amplissimi philosophorum ordinis

sectionis prioris

ACADEMIAE LUDOVICO-MAXIMILIANEAE

ad summos in philosophia honores capessendos

scripsit

Carolus Bitterauf

Windsheimensis.

MONACHII 1900.

Biehlius, Aristotelis parvorum naturalium quae vocantur editor recentissimus, cum accuratissime denuo excusso codice praestantissimo E codicum prioris familiae auctoritatem constantius quam superiores editores secutus est, tum studiosissime et commentarios Graecos et veterem translationem Latinam evolvit; praeterea non solum ‚quae ab aliis in commentationibus atque actis philologicis collata sunt, in suum usum convertit', sed ipse quoque in emendandis his libellis operam collocavit. Itaque dubitari non potest, quin multo praestiterit superioribus, qui hos libellos ediderunt.

Eo magis dolendum est, quod Biehlio ne optimum quidem alterius classis codicem excutiendi facultas data est. Quis enim est qui nesciat, quam non satis sit confidendum Bekkeri apparatui critico, quem ille integrum in suam editionem recepit, nisi quod codicem E denuo excussit?

Benevolentia autem et liberalitate regiae academiae Bavaricae mihi ipsi potestas facta est denuo conferendi codicem Vaticanum L, quem alterius familiae agmen ducere contendit Biehlius praef. p. X. Equidem dubito an non L huius familiae sit antesignanus, sed codex Laurentianus S, cuius parva naturalia [1]) Biehlius ipse quoque saeculo tertio decimo ascripsit praef. p. VI, ut saeculo ante codicem L eum scriptum esse existimet. Denuo excutiendi codicem S ne mihi quidem tempus erat, nisi quod paucas paginas libelli qui est de sensu evolvi, ubi saepius quam Bekkerus annotavit altera manu correctus est; unum affero: $438^a 15$ pro εὐυποληπτότερον habet S_1 εὐαπολητπτότερον,

Ut Aristotelis parvis naturalibus emendandis operam darem, Christii, praeceptoris maxime venerabilis, auctoritate adductus sum. Cum Patinii, viri doctissimi, tum illius consilio benignissime adiutus utrique gratias non possum non agere quam maximas.

[1]) Partim enim hic codex saeculo duodecimo, partim tertio decimo scriptus est.

quod Thurot adductus Alexandri vocabulo δυσαπόληπτος coniecit. Neque mihi proposui, ut quidquid in apparatu critico corrigendum esset, ex mea codicis L collatione enumerarem; quamquam autem satis mihi est firmiora habere fundamenta quaestionum criticarum, in extrema parte copiosius exponam, quid animadverterim, cum codicem L denuo evolverem. Tum igitur id quoque cognovi codicem P in pagina 449^{b}3 non exire, sed parva naturalia omnia continere; quare a pagina 449^{b}3 usque ad 464^{b}18 primus excussi hunc codicem, qui quamquam non ita magni est, tamen nonnullis locis emendationes et correctiones editorum recentium aetate praecurrit. Habet enim 450^{a}13: νοητικοῦ (= Biehl et vet. tr.) pro νοουμένου, 455^{a}10: πάσαις (corr. Christ) pro πᾶσιν, 459^{b}25: καθ' αὑτὸ (= Them.) pro καθ' αὑτὸν. Duobus autem locis lectionis, quam Biehlius in textum recepit, testis praeter codicem E etiam P est: 451^{b}5 ἡ μνήμη et 460^{a}29 πλησίων. Pariter aliis locis codici E adest codex L: 442^{b}21 τὸ περιφερὲς, 450^{a}3 τοῦ pro τὸ, 450^{b}21 ζῷον καὶ ζῷον; alibi E vel E M Y codicibus L P adiuvantur: 438^{b}23: αὐτὴν ὃ δυνάμει E L P U; 453^{b}20: κἂν εἰ EMYLP [1]) pro καὶ εἰ. Quo fit, ut E in Biehli editione non habeat rectam solus lectionem nisi octo omnino locis: 437^{a}4, 442^{a}15, 443^{a}24, 443^{b}29, 444^{b}3, 448^{b}8, 448^{b}28, 451^{a}7. L autem in priore parte parvorum naturalium septendecim locis lectionem a Biehlio comprobatam solus tuetur, in altera novem locis: 438^{a}2, 441^{a}20, 441^{b}26, 447^{b}10, 449^{a}18, 452^{a}9, 452^{a}11 αὑτοῦ (quod primus exaravi), 455^{a}29, 455^{b}9, 456^{a}9, 456^{b}20, 457^{a}13, 461^{b}27, 463^{a}29, 463^{b}8, 463^{b}16 ὡσπερανεὶ, 464^{a}26 ‖ 468^{a}23, 468^{b}21, 470^{a}26, 471^{a}19, 472^{a}9 κωλύειν, 473^{b}17, 473^{b}24 κατὰ, 474^{b}25, 477^{a}26.

I. Quid? quod quamquam in dubium non devoco, quin prior codicum familia alteri multo praestet et digna sit, cuius auctoritatem quoad poterimus sequamur, tamen non desunt loci, quibus codicum L S U lectio a Biehlio perperam sit reiecta. Cum de eiusmodi locis ut primum disputem, mihi proposuerim, iam accedamus ad quaestionem ipsam!

437^{a}5: διαφορὰς μὲν γὰρ πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἡ τῆς ὄψεως εἰσαγγέλλει δύναμις LSUP, Alexander, vetus translatio recte habent pro ἀγγέλλει.

Evinci certis argumentis non potest hoc loco rectam esse lectionem codicum LSUP, at verisimile est. Nam verbum simplex

[1]) Biehli enim annotatio et hoc loco et aliis parum accurata est.

ἀγγέλλειν in Aristotelis de philosophia libris nusquam usurpatur; in Bonitzi quidem indice Aristotelico non exstat [1]). Verbum compositum autem etiam his locis invenitur: 437^{a}2: πολλὰς γὰρ εἰσαγγέλλουσι διαφοράς (audi: αἱ διὰ τῶν ἔξωθεν αἰσθήσεις); 461^{b}3: τῷ τὴν ἁφὴν δύο κινήσεις εἰσαγγέλλειν. Proprium igitur domicilium in sensibus est huic verbo. Quibus de ·causis praefixum EIC (post OC) in codicum EMY archetypo librarii neglegentia omissum esse mihi quidem videtur.

442^{a}10: ταῦτα δὲ διὰ τὸ ἀντισπᾶν τῷ λίαν τρόφιμον εἶναι τὸ γλυκὺ καὶ ἐπιπολαστικὸν LS_2U(M), Alex. recte habent pro διὰ τὸ ἀντὶ πάντων sq.

Cum nihil aliud Aristotelem dicere nisi dulci sapore non mixto nimis ali animalia appareat ex enuntiato quod antecedit, lectio ἀντὶ πάντων comprobari non potest. Praepositio ἀντὶ post comparativum certe usurpatur interdum [2]), veluti Xenoph. R. L. 9,1; Soph. Antig. 182, Trach. 577; — at λίαν τρόφιμον non est idem quod τροφιμώτερον et, ut defendi possit illud ἀντὶ, offendimus etiam in pronomine πάντων pro τῶν ἄλλων; rectius enim scribendum erat πάντων τροφιμώτατον. Neque codicum auctoritate satis defenditur illa lectio: invenitur enim in nullo codice nisi in Y, qui infimum prioris familiae locum obtinet. Quodsi codicem Y apographum esse codicis E Biehlius recte iudicavit, fieri potuit, ut librarius codicis Y litteras in E corruptas falso corrigeret. Etenim ἀντιπάν τωι, quod E habet, scribendo ἀντὶ πάντων corrigere magis in propatulo erat quam emendatione ἀντισπᾶν τῶι. Quid? In S quoque ἀντιπᾶν τῶ primum fuisse videtur; sed ab altera manu eo facilius correctum est, quod et dativus et accentus integri erant.

Quae cum ita sint, in textum recipienda est altera lectio, quam Alexander [3]) quoque habet. Cum hic verborum τῷ λίαν τρόφιμον εἶναι in interpretatione nullam habeat rationem, in archetypo ea non fuisse putat Thurot (p. 405). Atque necessaria illa quidem non sunt, attamen delere non audeo. Quod autem Bussemakerius pos ἀντισπᾶν virgulam ponendam esse existimat, ut sit interpretandum

[1]) Ne Biehlius quidem, quamquam hoc loco ἀγγέλλειν in textum recepit, illud verbum in tabulas suas rettulit.

[2]) Hoc ἀντὶ idem fere significat quod ἤ.

[3]) Alexandre d'Aphrodisias edité par Thurot dans ‚Notices et extraits'. vol. XXV. 2ième partie. Paris 1875.

‚quippe cum nimium alimenti sit in dulci sapore', equidem non assentior, cum ἀντισπᾶν absolute non usurpetur. Itaque quamquam ἀντισπᾶν mech. 26, 857^{a}8 et Xen. Cyn. 5,1 [1]) et Alex. 169,2 [2]) cum accusativo iungitur, pariter atque Bekkerus et Bonitzius (Ind. 66^{a}7) dativum ex ἀντισπᾶν pendere puto. Certe neque mech. 857^{a}8 neque probl. 873^{a}20, ubi dativus sequitur pariter atque hoc loco, magni sunt momenti, eo minoris, quod minimam partem horum librorum Aristoteles ipse scripsit.

442^{a}16: οἱ δὲ τὴν ἡδονὴν ποιοῦντες μιγνύμενοι, οὗτοι ἐν ἀριθμοῖς μόνον. ὁ μὲν οὖν λιπαρὸς τοῦ γλυκέος ἐστὶ χυμός sq. LSUP, Alex. recte habent pro ἐν ἀριθμοῖς. μόνος μὲν οὖν λιπαρὸς ὁ τοῦ γλυκέος sq.

Scribendum esse ὁ μὲν οὖν λιπαρὸς τοῦ γλυκέος apparet ex versibus ^{a}22—23: τὸ ξανθὸν ... τοῦ λευκοῦ εἶναι ὥσπερ τὸ λιπαρὸν τοῦ γλυκέος et 448^{a}6—8. Neque enim quaeri sentio, quot sapores sint pingues, sed id docemur pinguem saporem non esse propriam quandam speciem, sed dulci esse annumerandum. Itaque reiecta codicum EMY lectione etiam μόνον in textum recipiendum est, quod apte enuntiationi, quae antecedit, annectitur. Aristoteles enim postquam sapores aut secundum numeros quosdam aut extra numeros esse mixtos dixit, addit solos ‚esse in numeris' eos sapores, qui delectationem habeant. Coniectura autem μόνοι pro μόνον non opus esse satis docet Kühner-Gerth, Griech. Gr. II 1, § 405, Anm. 3.

443^{b}31: οἱ δὲ νῦν μιγνύντες εἰς τὰ πόματα τὰς τοιαύτας δυνάμεις βιάζονται τῇ συνηθείᾳ τὴν ἡδονήν, ἕως ἂν ἐκ δύ' αἰσθήσεων γένηται τὸ ἡδὺ ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς recte habent LSUP pro ὡς ἄν.

Post ὡς ἂν cum raro apud alios scriptores tum apud Aristotelem, quod sciam, nullo loco verbum omittitur. Particulam καὶ autem, quae saepissime redundanter cum ὥσπερ coniungitur, post ὡς ἂν nusquam inveni. Quare ἂν mendum esse puto pro ἕν, quod nescio an ortum sit ex ἕως ἂν quod antecedit. Neque supervacaneum esse illud ἓν mihi quidem videtur sic interpretanti: per singulos sensus variis perfundi voluptatibus solemus, veluti per duos sensus duobus;

[1]) ἡ πάχνη ἀντισπάσασα τὸ θερμόν.

[2]) . . . οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους χυμοὺς τῆς χρείας χάριν ταύτης τοῖς γλυκέσιν ἀναμίγνυσθαι ἀντισπῶντας τὸ τοῦ γλυκέος ἐπιπολαστικόν.

verum hic duobus sensibus, quasi unus sit, una efficitur delectatio atque ea vere una, non mixta.

447^{a}13: πότερον ἐνδέχεται δυεῖν ἅμα δύνασθαι αἰσθάνεσθαι sq. ‖ δύνασθαι recte omittunt LSUP, Alex., vet. tr.

Neglecta codicum EY auctoritate δύνασθαι delere malim; nam pleonasmum eiusmodi (ἐνδέχεται δύνασθαι) nullo alio loco inveni.

449^{b}22: ἀεὶ γὰρ ὅταν ἐνεργῇ κατὰ τὸ μνημονεύειν, οὕτως ἐν τῇ ψυχῇ λέγει, ὅτι sq. LSUP, Them., Mich., vet. tr. recte habent pro δεῖ λέγειν.

Sive hanc sive illam lectionem in textum recipimus, eadem sunt, quae dicuntur. Sed lectionem δεῖ . . λέγειν praeferendam esse dixerit quispiam, cum ἀεὶ nimis longe a λέγει distare videatur. Id equidem non concedo; sed quamquam ipse quoque ἀεὶ ad λέγει referendum esse existimo, tamen hoc necesse non est, verum illud adverbium quodammodo cum enuntiato temporali coniungere licet. Quid? quod in Biehli ipsius editione paulo post legimus simillimo loco 450^{a}19: ἀεὶ γὰρ ὅταν ἐνεργῇ τῇ μνήμῃ, καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, ... προαισθάνεται. Hoc enim loco (450^{a}19), ubi ἀεὶ multo longius a verbo προαισθάνεται distat quam 449^{b}23 λέγει, Biehlius codices EY non est secutus, quamquam idem δεῖ pro ἀεὶ tradunt quod 449^{b}22, ad quem locum ab Aristotele ipso delegamur; codex M profecto, in quo solo prioris familiae ἀεὶ legitur, non erat dignus, cuius auctoritate ille ad rectam lectionem perduceretur. Utrobique autem δεῖ λέγειν eo minus scribemus, quod EMY 448^{b}11 simili errore δεῖ γὰρ scribunt pro ἀεὶ γὰρ. Idem mendum invenitur etiam metaph. 998^{b}17, 1016^{a}15, 1026^{a}21 in codice A^{b}; quod ex archetypi quadrata litteratura (ΔΕΙ ΑΕΙ) profectum esse recte iudicat Christ metaph. praef. p. VII.

455^{b}20: τῷ δ' ὕπνῳ δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν προσάπτουσι τὴν μεταφορὰν ταύτην ὡς ἀναπαύσει ὄντι LSUPM, Them. Mich. vet. tr. recte habent pro αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ.

Cum αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ neque in codice E αὐτὴν τῆι ἀληθείαι exarante neque in Y_1 idem αὐτὴν exhibente [1]) scriptum sit, incertum est an ne archetypus quidem codicis E αὐτῇ sq. habuerit. Haec enim lectio inde orta esse videtur, quod litteris ΔΙ ante ΑΥ omissis primum a librario codicis E αὐτὴν τῆι ἀληθείαι, deinde priore manu codicis Y αὐτὴν τῇ ἀληθείᾳ scriptum, tum in codice Y altera manu αὐτῇ correctum est. Nam ‚iota quod dicimus subscriptum in codice E ad-

[1]) quod primus annotavi.

scriptum in eadem linea est, unde . . . nonnunquam ι cum ν permutatum est`,[1]) veluti $440^{a}9$, $448^{b}5$ $^{b}28$. Hoc certe dubium non est, quin διὰ multo aptius sit quam dativus; offendimus enim in eo, quod duo dativi, qui tantum inter se discrepent vi, nullo dirimantur verbo.

$459^{b}25$: περὶ οὗ κἂν καθ' αὑτὸ ἐπιστήσας σκέψαιτό τις ἂν καὶ ἀπορήσειεν. ἅμα δ' ἐξ αὐτοῦ δῆλον ὅτι sq. recte habent LSU pro ἐξ αὐτῶν.

Biehli lectionem περὶ οὗ—ἐξ αὐτῶν non comprobo, sed aut περὶ ὧν et ἐξ αὐτῶν aut περὶ οὗ et ἐξ αὐτοῦ scribendum esse existimo. Equidem singularem numerum praefero, quia illa verba aptius referuntur ad τὸ ἐπὶ τῶν ἐνόπτρων γινόμενον quam ad τῶν ἐνόπτρων. Themisti autem auctoritas, qui περὶ οὗ et ἐξ αὐτῶν habet, multo minoris facienda est quam codicum EMY, qui περὶ ὧν [2]) et ἐξ αὐτῶν tradunt. Itaque qui περὶ ὧν improbavit, ei ἐξ αὐτῶν quoque reiciendum est.

$460^{b}32$: μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἐκκρούονται ἐ ν ε ρ γ ο υ σ ῶ ν τῶν αἰσθήσεων καὶ τῆς διανοίας LSUP, Them. Mich. vet. tr. fortasse recte habent pro συνεργουσῶν.

συνεργεῖν ab Aristotele nusquam absolute usurpatur neque illo quidem loco, quo proxime accedit ad similitudinem eius sententiae, quae hoc loco verbo συνεργεῖν est subicienda: eth. m. II $1200^{a}10$: συνεργοῦσί πως μετ' ἀλλήλων. Idem est usus apud alios scriptores; nam in Xenoph. comm. II 6,21 ad συνεργοῦντες ex ἀλλήλων quod antecedit facile auditur ἀλλήλοις. Sed etiam si contextum rerum ac verborum spectaverimus, lectionem ἐνεργουσῶν magis comprobabimus. Neque enim id contenditur illas motiones neque sensibus solis neque mente sola, sed sensuum et mentis coniunctis viribus elidi; quid Aristoteles dicere voluerit, ex iis, quae sequuntur, intellegitur. Itaque primum consideremus verba παυσαμένων δ' ἐπιπολάζει καὶ τὰ μικρά ($461^{a}2$). Atque παύεσθαι quidem bis absolute adhiberi videtur: eth. Nic. VIII $1156^{a}34$ et $^{b}3$; sed cum facile $^{a}34$ ὄντες et $^{b}3$ φιλοῦντες audiantur, ne hoc quidem loco illud verbum absolute usurpari puto. Quodsi audiendum est verbum quoddam, nihil aliud nisi ἐνεργεῖν audiri potest. Maxime vero defenditur lectio ἐνεργουσῶν enuntiato quod insequitur: quemadmodum enim μεθ' ἡμέραν μὲν et νύκτωρ δὲ, ita ἐνεργουσῶν τῶν αἰσθήσεων et

[1]) Biehl praef. p. XIV.

[2]) Biehli annotatio confusa, Bekkeri parum accurata est; habent enim περὶ ὧν κἂν καθ' αὑτὸν **EMYS**, περὶ οὗ κἂν καθ' αὑτὸ P, περὶ οὗ καὶ αὑτοῦ L (κἂν αὑτοῦ U).

ἀργίαν τῶν κ. μ. αἰσθ. καὶ ἀ δ υ ν α μ ί α ν τ ο ῦ ἐ ν ε ρ γ ε ῖ ν opponuntur similiter atque $459^{a}27$ ἐνεργουσῶν τῶν αἰσθήσεων et ἀπελθουσῶν, $461^{b}22$ τοῦ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ αἰσθήματος et ἀπελθόντος τοῦ αἰσθήματος.

$461^{b}29$: καὶ δοκεῖ τὸ ὅμοιον α ὐ τ ὸ εἶναι τ ὸ ἀ λ η θ έ ς L[1])MPSU, Them. Mich. vet. tr. recte habent pro αὐτῷ εἶναι ἀληθές.

Quid aliud Aristotelem dicere putamus nisi hoc: simile quiddam videtur esse res ipsa (ὁ Κορίσκος $462^{a}5$)? Lectione igitur a Biehlio comprobata vis detrahitur orationi. EY autem, quoniam saepe non solum ο cum ω permutant [2]), sed etiam articulum omittunt (τὸ $442^{a}23$, $445^{b}31$; τὰ $464^{b}8$, $439^{b}33$; ἡ $443^{b}23$, ταῖς $444^{a}32$), in tali re nullam habent auctoritatem. Atque facile profecto fieri potuit, ut littera T post I omitteretur, — etenim licet suspicari in archetypo scriptum fuisse αὐτὸ εἶναι τ ἀ λ η θ έ ς, — et a verbo δοκεῖ, quod saepe dativus sequitur, mendum αὐτῷ proficisceretur.

$470^{b}24$: τὰ δ' ἔναιμον ἔχοντα τ ὸ ν πλεύμονα πάντα μᾶλλον δεῖται τῆς ἀναπνοῆς sq. LS recte habent pro πλεύμονα.

Desideratur articulus collatis $478^{a}21$, $477^{a}19$, $470^{b}14$ $^{b}16$, $480^{b}5$. Codices autem cum reliqui tum MZ(P) articulum saepe omittunt: $470^{a}21$, $480^{b}18$, $466^{b}14$, $475^{b}16$, $469^{b}24$, $469^{a}25$, $470^{b}18$, $472^{a}15$, $474^{a}30$ etc.

$471^{a}28$: οὐδὲν γὰρ φαίνονται κινοῦντες τῶν περὶ τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἢ τὰ βράγχια μόνον, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ καὶ εἰς τὸ ξηρὸν ἐκπεσόντες, ὅταν ἀ σ π α ρ ί ζ ω σ ι ν LSP Mich. recte habent pro σπαίρωσιν.

Siquidem verbum σπαίρω (attice ἀσπαίρω) apud ceteros scriptores usurpatum est, sed nusquam invenitur apud Aristotelem, quippe qui solus omnium verbum ἀσπαρίζω usurpet, veluti $471^{b}13$, part. an. IV $696^{a}20$, hoc loco σπαίρωσι primum margini ascriptum esse, deinde in textum irrepsisse verisimile est. Neque miror, quod paulo post $471^{b}13$ non iterum σπαίροντα pro ἀσπαρίζοντα in margine annotatum erat.

$438^{a}4$: ὁτὲ μὲν ο ὖ ν οὕτως ὁρᾶν φησιν, ὁτὲ δὲ sq. SP vet. tr. recte habent.

Particulam οὖν, quam EMY post μὲν pariter atque hic omittunt $455^{b}17$, in textum recipere malim, quamquam ne in alterius familiae

[1]) Bekk. et Bhl. parum accurate annotaverunt.

[2]) cf. p. 10 ad $460^{a}29$.

codicibus omnibus legitur. Nam Aristoteles ad ὁτὲ μὲν, quod $437^{b}24$ iam scripserat, revertitur; asyndeton autem a more Graece loquentium abhorret neque simili loco resp. $474^{a}7$ invenitur.

II. Pariter aliorum locorum lectiones non sunt temere reiciendae, quod non priore aut altera codicum familia, sed singulis defendantur codicibus. Quodsi lectionis cuiusdam non tota prior familia sed E vel EY soli sunt testes, plerumque eorum auctoritas plus valet quam ceterorum codicum; ubi autem omnia in una vertentur littera, dubitare licebit, utrum prioris an alterius familiae lectio sit praeferenda, veluti

$460^{a}29$: ταχέως γὰρ λαμβάνει τὰς τῶν πλησίον ὀσμὰς sq. MYLSU fortasse recte habent pro πλησίων.

In tali re ne E quidem magnam auctoritatem habet, cum saepe litteram ο cum ω permutet, ut $440^{a}28$, $444^{b}28$, $446^{b}27$, $448^{a}28$, $451^{a}21$. πλησίος autem, quod adiectivum non usurpatur nisi a poëtis, nusquam invenitur apud Aristotelem.

At non est, cur codicis E lectionem improbemus

$450^{b}14$: εἰ δ' ἐκεῖνο, πῶς αἰσθανόμενοι τοῦτο μνημονεύομεν, οὗ μὴ αἰσθανόμεθα, τὸ ἀπόν; EP [1]) recte habent pro τούτου.

Codicis optimi lectionem tuetur cum versus $^{b}12$ πότερον τοῦτο μνημονεύει τὸ πάθος sq., ubi accusativus τοῦτο τὸ πάθος e μνημονεύει pendet, tum quod sequitur appositum τὸ ἀπόν $^{b}15$. Utique enim necesse est, appositum cum nomine vel pronomine, ad quod referendum est, in casu congruat.

Neque magis intellego, cur Biehlius optimorum codicum lectionem reiecerit $450^{b}18/19$:

$450^{b}18$: πῶς οὖν τὸ μὴ παρὸν μνημονεύσει; **EYLP** [2]) recte habent pro μνημονεύει.

Pariter in altera parte parvorum naturalium codicum MZ auctoritas neglecta est

$471^{b}9$: καὶ τὸν ἐκ τοῦ στόματος δ' ἂν ἕλκοιμεν ὁμοίως τοῖς ἰχθύσιν· S, pr. Z., Mich. [3]) recte habent pro ἕλκοιεν.

Siquidem non solum de ceteris animalibus, sed etiam de hominibus disputatur, ἕλκοιμεν aptius esse videtur quam ἕλκοιεν, neque intellego, cur Aristoteles $^{b}8$ ad se ipsum et homines spectet, hic non spectet.

---

[1]) τοῦτο in L legi falso annotavit Bek.

[2]) EY solos parum accurate annotaverunt Bek. Bhl.

[3]) Confusa Biehli annotatio sic corrigenda est: ἕλκοιμεν S, pr. Z., Mich. Bek. Did., ἕλκομεν M, ἕλκοιεν LP et corr. Z.

III. Interdum veteres commentatores, quamquam non saepe a codicibus nostris differunt, soli rectam tradunt lectionem:

$450^{b}15$: εἴ τ' ἐστὶν ὅμοιον ὥσπερ τύπος ἢ γραφὴ ἐν ἡμῖν, τούτου ἡ αἴσθησις διὰ τί ἂν εἴη μνήμη ἑτέρου, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ τούτου; recte habet Themistius pro τούτου αὐτοῦ.

Jam Freudenthalius [1]) Themisti lectionem argumentis confirmavit, quae iterare supervacaneum est. Offendas autem etiam ea de causa in pronomine αὐτοῦ, quod in secundo loco positum est; nam pariter atque proximo versu erat praeponendum.

$458^{a}21$: διὰ δὲ τὸ γίνεσθαι ἀδιακριτώτερον τὸ αἷμα μετὰ τὴν τῆς τροφῆς προσφορὰν ὕπνος γίνεται, ἕως ἂν διακριθῇ τοῦ αἵματος τὸ μὲν καθαρώτερον εἰς τὰ ἄνω, τὸ δὲ θολερώτερον sq. LSY(P) [2]) Mich. habent pro superlativis.

Certe superlativus nonnullis locis pro comparativo usurpatur; at ubi duo opponuntur membra, superlativus mihi adhiberi non posse videtur [3]). Ut autem a librario comparativus cum superlativo permutaretur, facile fieri potuit, quod et -τερον et -τατον per notam (τᵉ, τᵗ) scribebatur. Quare lectionem codicum LSY praeferre malim; sed dubito an hic quoque solus rectam lectionem habeat Themistius, apud quem legitur καθαρώτατον (= EM vet. tr.) et θολερώτερον (= LSY Mich.) Similiter superlativus καθαρώτατον $458^{a}12$ adiungitur comparativo σωματωδέστερον, quo idem fere significatur atque θολερώτερον: ὅταν . . . διακριθῇ τό τε σωματωδέστερον αἷμα καὶ τὸ καθαρώτατον.

IV. Nunc veniamus ad eos locos, quibus nobis propositum est non iudicare, quaenam codicum aut commentatorum lectio sit recta, sed corrigere et emendare aut codices ipsos aut certe editiones. Interdum enim et codicum librarii et editores recentiores, quamquam litteras recte scripserunt, tamen in spiritu, accentu, syllabarum notis apponendis lapsi sunt. Primum igitur eiusmodi menda correctione facillima tollamus!

$446^{b}21$: ἢ τοῦ μὲν κινήσαντος πρώτου, οἷον τῆς κώδωνος ἢ λιβανωτοῦ ἢ πυρός. τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἀριθμῷ αἰσθάνονται πάντες,

---

[1]) Zur Kritik und Exegese von Arist. Parva Nat. Rh. Mus. XXIV (1869), p. 401.

[2]) θολώτερον P; Biehli annotatio parum accurata est: καθαρώτερον, θολερώτατον U.

[3]) Aptiores sunt superlativi $458^{a}13$, 14.

τοῦ δὲ δὴ ἰδίου ἑτέρου ἀριθμῷ, εἴδει δὲ τοῦ αὐτοῦ scribendum est.

Nam τοῦ αὐτοῦ, quod et Bekkerus et Biehlius habent, est ineptum.

452ᵇ14: πάντα γὰρ τὰ ἐντὸς ἐλάττω, ὥσπερ ἀνὰ λόγον καὶ τὰ ἐκτός.

Lectionem ἀνάλογον iam Freudenthalius (l. l. p. 415) correxit scribendo ἀνὰ λόγον, quod legimus apud Bekkerum Anal. post. I 85ᵃ38, 39.

456ᵇ20: ἀναγκαῖον γὰρ τὸ ἀναθυμιώμενον μέχρι του ὠθεῖσθαι,

480ᵇ22: περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ φυσικοῦ μέχρι του τὰς αἰτίας εἰπεῖν

scribendum est, quas rectas lectiones iam Bekkerus habet.

Nam μέχρι τοῦ ὠθεῖσθαι illo loco, μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν hoc ineptum est.

464ᵇ12: δεινὸς δὴ τὰς ἐμφάσεις κρίνειν εἴη ἂν ὁ δυνάμενος ταχὺ διαισθάνεσθαι καὶ συνορᾶν τὰ διαπεφορημένα καὶ διεστραμμένα τῶν εἰδώλων, ὅτι ἐστὶν ἀνθρώπου ἢ ἵππου ἢ ὁτουδήποτε· κἀκεῖ δὴ ὁμοίως τί δύναται τὸ ἐνύπνιον τοῦτο scribendum est pro τι.

Vulgo ita interpretantur, ut subiectum sit τὸ ἐνύπνιον τοῦτο. At vero non de insomniis, sed de insomniorum interpretatione disputatur. Praeterea verba ὁμοίως τι δύναται parum apta esse videntur; neque enim adverbium cum verbo δύνασθαι iungere neque alterum verbum audire licet, quod praedicati munere fungatur — si quidem τὸ ἐνύπνιον τοῦτο subiectum est. Quodsi contortam reicimus interpretationem, egregiam Christi emendationem τί comprobabimus, quam benigne mecum communicavit. Hoc igitur enuntiatum interrogativum pariter obiecti munere fungitur atque enuntiatum quod antecedit ὅτι sq. Auditur enim post ὁμοίως: δεινὸς εἴη ἂν κρίνειν, similiter atque δῆλον post ὁμοίως δὲ καὶ 454ᵃ19. Pro puncto autem ante κἀκεῖ rectius colon ponendum est.

470ᵃ19: ἐπεὶ δὲ πᾶν ζῷον ἔχει ψυχήν, αὕτη δ' οὐκ ἄνευ φυσικῆς ὑπάρχει θερμότητος, ὥσπερ εἴπομεν, τοῖς μὲν φυτοῖς ἡ διὰ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ περιέχοντος ἱκανὴ γίνεται βοήθεια πρὸς τὴν τοῦ φυσικοῦ θερμοῦ σωτηρίαν scribendum esse puto pro αὐτή.

Neque animal neque anima esse potest sine calore; itaque eadem fere dicuntur, sive αὐτὴ sive αὐτὸ scribimus. Recte autem Biehlius codicum LP lectionem αὐτὸ improbavisse mihi videtur, quamquam equidem scribere malim αὐτὸ quam αὐτή, ut pronomen αὐτὸς non ad nomen quod ipsum antecedit, sed ad subiectum prioris enuntiati spectet. Sed quoniam nomine ψυχὴν niti argumentationem apparet, αὐτὴ corrigendum est scribendo αὕτη; idem mendum, quod a codicis archetypi scriptura continua profectum esse censentaneum est, non raro invenitur, veluti 452ᵇ19: αὐτὴ EMYU pro αὕτη, οὕτω(ς) EY pro οὐ τῷ. Delegamur autem ab Aristotele ad an. II 416ᵇ19: διὸ πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα, III 425ᵃ6: οὐθὲν γὰρ ἄνευ θερμότητος αἰσθητικόν, gen. an. III 726ᵃ10: ἐν δὲ τούτῳ παντὶ θερμότητα ψυχικήν sq.; conferre licet resp. 474ᵃ25, 469ᵇ16.

Alium locum emendamus aliter interpungendo:

447ᵃ12: ἔστι δέ τις ἀπορία καὶ ἄλλη τοιάδε περὶ αἰσθήσεως, πότερον ἐνδέχεται δυεῖν ἅμα αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτόμῳ χρόνῳ ἢ οὔ. Εἰ δὴ ἀεὶ ἡ μείζων κίνησις τὴν ἐλάττω ἐκκρούει sq. pro οὔ, εἰ.

Verba εἰ δὴ sq. non quaestionis ᵃ12—ᵃ14 propositae fundamenta sunt [1]), sed aliarum quarundam quaestionum, quibus solutis Aristoteles ad illam supra dictam redit p. 448ᵇ17. Primum enim disserit, quomodo fiat, ut duabus extrinsecus oblatis impulsionibus unum quiddam sensibus percipiamus. Dum autem enuntiatum condicionale scribit, alia ei in mentem veniunt, quae dicenda sunt, priusquam ad sententiam principalem veniat. Itaque verba διὸ sq. ᵃ15—21 quasi parenthesis vel interpositio sunt, qua interiecta Aristoteles illud enuntiatum condicionale repetit. Ex magna autem exemplorum copia, quibus docemur, quantum Aristoteles in verborum compositione instituenda sibi indulserit, unum decerpo: 449ᵇ30—450ᵃ13 [2]).

Jam Thurot post οὔ recte punctum posuit (l. l. p 415), sed sententiam principalem ab ᵃ17 (habent enim τοῦτο δὴ LSU Alex. vet. tr. Bek. Did.) incipere iudicat, unde eam incipere diligenter contextum rerum ac verborum circumspicienti minime mihi persuasum est: immo lectionem codicum EY τοῦτο δὲ δὴ illo loco praefero, quam Biehlius primus recte in textum recepit.

V. Proximum est, ut de iis verbis disputemus, quae nobis suspicionem interpolationis excitant. Ac primum spectemus

[1]) cf. Alex. p. 285, 2 sq.

[2]) De verborum apud Aristotelem compositione subtilissime disputavit Bonitz, Wiener Sitz. Ber. XLI p. 379 ff.; XLII. 25 ff.

441a12: ὁρῶμεν γὰρ μεταβάλλοντας ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοὺς χυμοὺς ἀφαιρουμένων τῶν περικαρπίων [εἰς τὸν ἥλιον] καὶ πυρουμένων, ὡς οὐ τῷ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκειν τοιούτους γιγνομένους, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ περικαρπίῳ μεταβάλλοντας sq.

Codicum lectionem improbandam esse mihi quoque persuasum est; offendo enim in hac conformatione verborum ἀφαιρουμένων τ. π. εἰς τὸν ἥλιον. Cum autem Thurot et Susemihl nomen περικαρπίων emendare conentur, ipse verbum ἀφαιρουμένων corruptum esse primo putabam collato a12 ἀφαιρουμένων τῶν περικαρπίων et a14 (et a30) ἐν αὐτῷ τῷ περικαρπίῳ μεταβάλλοντας; nam quod a12 positum est, eius a14 nulla haberi videtur ratio; nomen περικαρπίων autem interpolatum esse pro καρπῶν parum est verisimile. Multo minus Susemihli [1]) coniecturam ⟨καὶ τιθεμένων⟩ comprobo, quippe quae interpolationi similior sit quam emendationi. Itaque ipse paene conieci ἀφαυαινομένων τῶν περικαρπίων [εἰς τὸν ἥλιον], quod tamen iam improbo, cum verba raro usitata a librariis non corrumpi, sed eorum litteras diligenter transscribi cognoverim. At vero nihil est corruptum nisi εἰς τὸν ἥλιον, quae verba si delevimus, optime hic locus sanatur; neque enim versus a12 et a14 mihi inter se pugnare videntur diligenter consideranti. Cur autem illa verba interpolata sint, facile ex versu ipso intellegitur. Addo verbum ἀφαιρουμένων passive interpretandum esse, id quod consentaneum est.

454a24: οὐκ ἐνδέχεται δὲ οὐδὲ θάτερον τούτων ἀεὶ ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ, οἷον ἀεί τι γένος ζῴων καθεύδειν ἢ ἀεί τι ἐγρηγορέναι, ὅτι ὅσων ἔστι τι ἔργον κατὰ φύσιν, ὅταν ὑπερβάλλῃ τὸν χρόνον ᾧ δύναται χρόνῳ τι ποιεῖν, ἀνάγκη ἀδυνατεῖν sq.
χρόνῳ, quod P [2]) Mich. vet. tr. omittunt, suspectum est Susemihlio et Biehlio.

Hoc loco si quid tollendum sit, equidem neglecta codicis P, Michaelis, veteris translationis auctoritate verba τὸν χρόνον malim delere quam χρόνῳ; facilius enim intellegitur, cur τὸν χρόνον quam cur χρόνῳ interpolatum sit. At nihil tollendum esse videtur; nam illo nomine bis posito Aristotelis sententia magis dilucida est.

467b4: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ καθ' αὑτὰ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν διορισθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν ἄλλων [ζῴων] εἴρηται

[1]) Zu den sog. Parva Nat. des Arist. Philol. XLIV p. 579—582.
[2]) ἢ τί ὧν δύναται τῷ χρόνῳ τι ποιεῖν LSUM, ἢ τί ὧν δύναται τῷ ποιεῖν P.

τὸ αἴτιον περί τε μεγέθους ζωῆς καὶ βραχυβιότητος scribendum est pro π. τ. [ἄλλων] ζῴων.

Si quidem ab Aristotele scriptum est hoc enuntiatum, lectionem traditam ἄλλων ζῴων Biehlius recte improbavisse videtur; nam plantae vivere quidem dicuntur, veluti 467b23, 467a30, 468b16; an. II 413b1, sed nullo loco numerantur in animalibus. Verum forsitan sic interpretetur aliquis, ut ζῴων appositi munere fungi existimet coll. Thuc. VII 61: ἄνδρες στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων; Plato Gorg. 473C etc. At enim offendimus certe in duobus περὶ, quorum utrumque ad εἴρηται referendum est: licuit dicere περὶ τῶν ζῴων εἴρηται aut εἴρηται τὸ αἴτιον περὶ sq., — utrumque in unum confundere vix licuit. Sed redeo ad Biehlium: aut ἄλλων uncis includi aut ζώντων scribi iubet. Cum autem ζῴων pro ζώντων interpolatum esse non ita verisimile sit, ipse ἄλλων delere maluit, — id quod equidem non magis comprobo; nam sive περὶ τῶν ἄλλων ζώντων sive περὶ τῶν ζῴων scribitur, utique in duobus περὶ offendo. Verum non solum verbis, sed etiam re prohibeor, ne Biehlio assentiar, cum de plantis satis disputatum sit toto capite sexto, praeterea quarto 466a3 sq., quinto 466a26, a28. Qua de causa non intellego, cur Aristoteles contendat „nunc de animalibus dissertum esse . . .", tamquam si plantas aequo brevius attigerit. Quae cum ita sint, haud scio an non ἄλλων, sed ζῴων delendum sit, ut utrumque περὶ ad idem spectet: περὶ τῶν ἄλλων explicatur verbis περί τε μεγέθους ζωῆς καὶ βραχυβιότητος. Quodsi περὶ τούτων et περὶ τῶν ἄλλων opponuntur, verbis περὶ τούτων non plantae ipsae, sed partes et quasi conformatio plantarum ostenduntur; spectant igitur haec verba ad 467b2—3. Cum autem facile fieri potuerit, ut illa pronomina (τούτων, ἄλλων) perperam quis interpretaretur, ζῴων insertum esse non miror; e contrario ἄλλων interpolatum esse minus verisimile est. — αἰτία περί τινος etiam aliis locis invenitur: 466a17, 467a10, 467b11.

475b7: διὰ γὰρ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ θερμὸν ὁ ἀὴρ ἱκανός ἐστιν ἐπὶ πολὺν χρόνον καταψύχειν, οἷον τοῖς τε μαλακοστράκοις καὶ τοῖς πολύποσιν. οὐ μὴν εἰς τέλος γε διαρκεῖ πρὸς τὸ ζῆν [διὰ τὸ ὀλιγόθερμα εἶναι], sq.

Lectio tradita probari non potest, quod verba διὰ τὸ ὀλιγόθερμα εἶναι hoc loco inepta sunt. Nam his verbis id quidem explicari potest aëre satis refrigerari pisces ad longum tempus; sed non satis esse aërem ad refrigerandum in perpetuum eodem confirmari argumento

certe non potest. Fortasse illa verba a varia lectione ad ^{b}7, 8 in margine posita profecta sunt. Utique non assentior Biehlio, qui πρὸς τὸ ζῆν διὰ omittendum esse arbitretur. Neque enim verba τὸ ὀλιγόθερμα εἶναι apta esse videntur, quae subiecti munere fungantur; immo cum ἐπὶ πολὺν χρόνον et εἰς τέλος γε opponantur atque διαρκεῖ praedicato ἱκανός ἐστιν respondeat, utriusque enuntiati idem esse puto subiectum: ὁ ἀήρ, — id quod contextu rerum ac verborum comprobatur. Quod autem codices MZ, qui permulta neglegenter omittunt, verba ζῆν διὰ τὸ non habent, nihil valet; nam oculos librarii, qui archetypon codicum MZ scribebat, a priore τὸ (post πρὸς posito) ad alterum τὸ declinavisse facile intellegitur. Id quidem apparet ineptam esse illorum codicum lectionem; neque πρὸς interpolatum esse verisimile est.

VI. Alius locus verborum transmutatione sanatur:

452^{b}30: ὁτὲ μὲν γὰρ μέτρῳ οὐ μέμνηται αὐτό. ὁ τ ὲ δ ὲ κ α ὶ μ έ τ ρ ῳ, ο ἷ ο ν ὅ τ ι τ ρ ί τ ῃ ἡ μ έ ρ ᾳ ὁ δ ή π ο τ ε ἐ π ο ί η σ ε ν scribo pro αὐτό, οἷον ὅτι — ἐποίησεν, ὁτὲ δὲ καὶ μέτρῳ.

Bekkeri lectio quamquam a Freudenthalio (l. l. p. 419) improbata est, tamen a Biehlio duabus mutatis litteris in textum est recepta. At mihi quoque, cum satis magna esse videantur, quibus Freudenthal usus est argumentis, tam inepte Aristotelem disseruisse minime persuasum est. Atque maxime quidem in pronomine indefinito ὁδήποτε offendo; neque enim de re disputatur incerta, sed de incerto tempore. Quodsi id assentior Freudenthalio illam lectionem defendi non posse, tamen quod ipse codices LS secutus ὅτι μέντοι ποτὲ [1]) scripsit, non comprobo, quamquam Themistius, Michaelis, vetus translatio aliquid simile habent. Cum enim μέντοι mihi quidem interpolatum esse videatur, scribendo ὅτι δὲ ποτὲ illud ὁδήποτε emendare malim. At vero ne hac quidem emendatione locum sanari posse existimo. Quis enim neget verba οἷον ὅτι τρίτῃ ἡμέρᾳ rectius post ὁτὲ δὲ καὶ μέτρῳ poni? Neque in ordine verborum neque in pronomine indefinito iam offendemus, si verba οἷον sq. — ἐποίησεν post ὁτὲ δὲ καὶ μέτρῳ transposuerimus. Priori autem parti sententiae Aristoteles exemplum non adiunxisse videtur, scilicet quod opus non est.

VII. Deinceps disputetur de iis locis, qui emendari non possunt nisi litteris vel verbis mutatis aut insertis. Atque primum spectemus

---

1) Biehlius Bekkeri annotationem perperam interpretatus esse videtur: litteras ποτε habent omnes codices; ὅτοι μέντοι πότε P.

447^{a}6: ἣν δ' ἂν καὶ τὸ γεύεσθαι ὥσπερ ἡ ὀσμή, εἰ ἐν ὑγρῷ ἦμεν καὶ π ο ρ ρ ω τ έ ρ ω πρὶν θιγεῖν αὐτοῦ ᾐσθανόμεθα · E [1])MYP Biehl; πορρωτέρω ἔ τ ι LSU vet. tr. Bek.; dubito an scribendum sit π ο ρ ρ ω τ έ ρ ω θ ε ν.

Cum apud Aristotelem nusquam inveniatur πόρρω αἰσθάνεσθαι, sed semper πόρρωθεν αἰσθάνεσθαι, veluti 444^{b}9, an. II 423^{b}6, gen. an. V 781^{b}6 [2]), in adverbio πορρωτέρω offendo. Itaque emendare malim scribendo πορρωτέρωθεν, quod quamquam non legi videtur nisi apud Isocratem 4,23 (πορρωτέρωθεν σκοπεῖν); 6, 16; 12, 120; 16,4, tamen cum consuetudine sermonis Graeci convenit. Graecos enim iam inde ab Homero praecipue post verba sentiendi terminum ex quo, quem vocamus, praetulisse constat [3]). Ut autem θεν omitteretur, facile fieri potuit, quod per notam scribebatur.

447^{b}4: ἴσαι μὲν γὰρ οὖσαι αἱ κινήσεις ἀφανιοῦσιν ἀλλήλας, ἐπεὶ μία οὐ γίνεται ἐξ αὐτῶν · ἂν δ' ἄνισοι, ἡ κρείττων αἴσθησιν ἐ μ π ο ι ε ῖ. ἐπεὶ ⟨δὲ⟩ μᾶλλον ἅμα δυεῖν αἴσθοιτ' ἂν ἡ ψυχὴ τῇ μιᾷ αἰσθήσει ὧν μία αἴσθησις sq. scribendum esse existimo pro ποιεῖ, ἐπεὶ EMY Bhl., ἐμποιήσει ἔτι LSU [4]).

Cum codices EMY 459^{a}25 pariter atque hoc loco ποιοῦσιν pro ἐμποιοῦσιν (αἴσθησιν) habeant, aut utrobique eorum auctoritatem sequi malim aut ne hic quidem. Quodsi deliberaverimus, quam facile fieri potuerit, ut litterae εμ (utrobique post ιν) omitterentur, hic scribemus ἐμποιεῖ, quod verbum codicum LSU auctoritate defenditur.

Enuntiatum autem causale [5]) sententiae quae antecedit non esse argumento, sed principium esse quaestionis quae sequitur apparet. Aristoteles enim cum enuntiati causalis ^{a}29 scripti (ἐπεὶ οὖν ἐκ μὲν ἐνίων γίνεταί τι, ἐκ δ' ἐνίων οὐ γίνεται) primo alteram partem ἐκ δ' ἐνίων οὐ γίνεται spectasset (447^{a}30 — ^{b}6), iam redit ad priorem partem. Ergo

---

1) πορρωτερωι E; cf. Christ metaph. praef. p. XVI: κάτωι ἀνωτέρωι ἅμαι non semel in codicibus A^{b}E cum iota scripta inveni.

2) cf. πόρρωθεν φαίνεται 440^{b}17.

3) cf. α 328, μ 58, ω 83, B 456, Δ 277, Λ 603, Π 634 etc.

4) ἐμποιήσει, ἐπεὶ Bek.; lemma Alexandri habet ἐμποιήσει, in interpretatione legitur ἀντίληψις ἔσται. Ceterum idem ^{b}4 ἀφανιοῦσιν habet, non quod Biehlius annotavit ἀφανίζουσιν.

5) Incertum est an ne Alexander quidem ἔτι legerit; habent enim ἔτι ε in lemmate BCAM (= P), adhuc si T; Thurot autem ipse in lemmate scripsit ἐπεὶ (cf. p. 292,1, 416.)

post ἐμποιεῖ punctum ponendum est, ut enuntiati causalis apodosis sit ^{b}12: ὥστ' ἐξ ἀνάγκης sq.; ^{b}8 μᾶλλον γὰρ — ^{b}9 ἀκοῆς et ^{b}10 τὸ γὰρ μῖγμα — ^{b}11 in parenthesi legenda sunt. Quod autem in asyndeto offendimus, scribendum esse puto ἐπεὶ ⟨δὲ⟩; particula enim omissa esse videtur a librario parum diligenti aut falsam secuto analogiam: ἴσαι μὲν — ἐπεί, ἂν δ' ἄνισοι — ἐπεί. At enim alterum enuntiatum (ἂν δ' ἄνισοι sq.) argumento caret, quoniam valentiore motu infirmiorem elidi iam supra dictum est (447 ^{a}14 ^{a}21) [1]. Duas autem uno tempore sententias demonstrari posse iam Thurot recte negavit. Neque mihi quidem persuasum est enuntiatum causale laxe adiunctum esse sententiae οὐκ ἄρα οὐδ' αἰσθάνεσθαι ἐνδέχεται αὐτῶν ἅμα.

448 ^{b}22: ἢ ὅτι πρῶτον μὲν τὰ κατὰ τὴν μίαν αἴσθησιν, οἷον λέγω ὄψιν, εἰ ἔσται ἄλλῳ αἰσθανομένη ἄλλου καὶ ἄλλου χρώματος, πλείω γε μέρη ἕξει εἴδει ταὐτά; recte habent LSUPY Alex. vet. tr. pro ταῦτα καὶ γὰρ αἰσθάνεται τὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει scribo pro πάλιν τῷ αὐτῷ γένει.

Nescio quomodo lectionem a Biehlio comprobatam sermone Germanico reddam nisi hunc in modum: Wird der Gesichtssinn diese Teile als der Art nach mehrere haben? Atque apta quidem est haec sententia in contextu rerum ac verborum; sed verborum ordine ut improbem lectionem ταῦτα adducor: εἴδει aut in primo aut in extremo loco collocandum erat; neque — si quidem πλείω vim habet praedicativam — verba πλείω γε μέρη coniungenda erant, sed erat scribendum πλείω γε ταῦτα τὰ μέρη. Itaque ταὐτά, quod tuentur LSUPY, Alexander, vetus translatio, scribendum esse existimo, eo magis, quod codicum et aliorum et EM in accentibus apponendis auctoritas nulla est. Similiter dicit Aristoteles 448 ^{a}18 τὰ τῷ γένει ταὐτά, 446 ^{b}24 εἴδει δὲ τοῦ αὐτοῦ.

Iam spectemus verba πάλιν τῷ αὐτῷ γένει, quae mihi quidem integra non esse videntur. Offendo enim in hac inusitata conformatione verborum: αἰσθάνεσθαι τῷ αὐτῷ γένει (audi: αἰσθήσεως). Neque si τὸ αὐτὸ pro τῷ αὐτῷ scribamus, hic locus sanetur; nam particula πάλιν quoque parum aptum est pro ἀεί. Qui igitur codices ^{b}23 ἀλλ' οὐκ pro ἄλλῳ, ^{b}24 ἀεὶ pro εἴδει habent, iidem hoc quoque loco corrupti esse videntur. Quodsi codicum EMY auctoritatem non neglegimus, opus est facili emendatione: scribendum est τὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει. Locutio similis invenitur 448 ^{a}14: τὰ . . . λεγόμενα ἐν ἄλλῳ δὲ γένει τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει λεγομένων; accusativus autem etiam

[1]) quod iam Alexander recte intellexit p. 291, 12.

aliis locis sequitur verbum αἰσθάνεσθαι: 448 ^{a}6, 8, 18, ^{b}1, 9, 10, 449 ^{a}9 etc.

Aristoteles igitur quasi praeteriens significat, cur non quaesiverit, utrum partes uniuscuiusque sensus specie differant an genere. Cum res, quae sub unum cadunt sensum, specie differant, genere non differant, idem cadit in sensus ipsos: ut sint plures uniuscuiusque sensus partes, nihil est quaerendum nisi utrum specie differant; genere enim differunt singuli sensus ipsi (449 ^{a}4, ^{a}8 10, ^{a}18). Eodem modo hunc locum interpretatur Alexander [1]), nisi quod γένος et εἶδος non distinguit: . . ὄψεις πλείους ὁμοειδεῖς ἀλλήλαις ἔσονται τῷ καὶ τὰ αἰσθητὰ ὁμογενῆ εἶναι. Τῶν γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἡ αὐτὴ κατ' εἶδος αἴσθησις.

448 ^{b}26: εἰ δὲ ὅτι ὡς δύο ὄμματα φαίη τις, οὐδὲν κωλύει, οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅτι ἴσως ἐκ μὲν τούτων ἕν τι γίνεται καὶ μία ἡ ἐνέργεια αὐτῶν· εἰ δέ, ᾗ μὲν ἓν τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ἓν καὶ τὸ αἰσθανόμενον ἔσται, ᾗ δὲ χωρίς, οὐχ ὁμοίως ἕξει conicio pro εἰ δὲ χωρίς sq.

Si recte a Biehlio codicum EMY lectio recepta est, Aristoteles verbis εἰ δέ 448 ^{b}28 totum enuntiatum condicionale, quod antecedit, complectitur, ut interpretandum sit: εἰ δ' οὕτως ἔχει. Cum autem dubium non sit, quin altera particula εἰ δὲ ^{b}29 particulae ᾗ μὲν respondeat, eo magis offendo in hoc εἰ δὲ, quod eadem particula tertium adhibetur. Itaque facile emendatur scribendo ᾗ δὲ; cum enim illis saeculis, quibus codices nostri scripti sunt, et ει et η voce ι pronuntiarentur, codices EMY saepe ει cum η permutant, veluti 447 ^{a}7: εἰ μὲν pro ᾗμεν [2]). 451 ^{a}4 ᾗ, ηι pro εἰ, 455 ^{a}5 ᾗ pro εἰ διὰ etc.

451 ^{b}5: τὸ δὲ μνημονεύειν συμβαίνει, ⟨εἰ⟩ καὶ ἡ μνήμη ἀκολουθεῖ egregie coniecit Christ.

Iam Freudenthalius verba tradita probari posse recte negavit (l. l. p. 406). Quod autem profert argumentum, non comprobo. Dicit enim: ‚Jedes Entsinnen ist nun aber doch ein ‚Erinnern'. μνημονεύειν ist also mit ἀναμιμνήσκεσθαι verbunden; ein ἀναμιμνήσκεσθαι ohne μνημονεύειν gibt es nicht'. At vero fieri potest, ut unum accidat, alterum non accidat; cf. ^{b}7: ἔστιν ὥς, ἔστι δ' ὡς οὔ· (nam ταῦτα ^{b}6 ad μνημονεύειν et μνήμη referendum est, quae verbo ἀναμιμνήσκεσθαι opponuntur) Ob id ipsum nomen ἀνάμνησις idem valere quod ἀνά-

[1]) p. 332, 9 sq.; imprimis 333, 5.
[2]) cf. 448 ^{b}28: εἰ μὲν LSUP Alex. vet. tr. pro ᾗ μέν.

ληψις μνήμης negat Aristoteles 451^{a}20. Qua de causa improbo Freudenthali lectionem ex Michaele receptam [1]): τῷ δὲ μνημονεύειν συμβαίνει καὶ μνήμην ἀκολουθεῖν. Miror autem, cur Freudenthalius, cum 452^{a}10 ἀναμιμνήσκεσθαι pro μεμνῆσθαι coniecerit (l. l. 403), idem in μνημονεύειν hoc loco non offenderit. Nam etsi 451^{b}26 et 452^{a}7 μεμνῆσθαι pro ἀναμιμνήσκεσθαι adhibetur, certe hic, ubi id ipsum quaeritur, quae ratio inter ἀναμιμνήσκεσθαι et μνημονεύειν intercedat, permutare haec verba non licuit.

Sed ne ipse quidem lectionem traditam defendo. Cum enim verbum ἀκολουθεῖ non idem valeat quod συμβαίνει, id contendi videtur τὸ μνημονεύειν prius accidere quam μνήμη, quod ineptum esse apparet: immo fieri non potest, ut meminerimus sine memoria. Quibus de causis egregium mihi esse videtur, quod Christius, cum benigne disputaret mecum de hoc loco, coniecit: συμβαίνει, <εἰ> καὶ sq. Opponuntur autem τὸ δὲ μνημονεύειν verbo τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι et ἡ μνήμη nominibus ἐπιστήμην ἢ αἴσθησιν ^{b}3. Itaque hunc in modum interpretor: τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι semper evenit ‚ἐὰν ἔμπροσθεν ὑπάρχοντα (aut ἡ αἴσθησις et ἡ ἕξις aut ἡ αἴσθησις sola) πάλιν ἐγγένηται' (^{b}3, 6); τὸ μνημονεύειν autem non evenit, nisi memoria (= ἡ ἕξις; cf. ^{b}6) sensum sequitur; cf. 451^{a}23 ^{a}29 ὅταν ἐγγένηται ἡ ἕξις — πρὶν χρονισθῆναι, 449^{b}24 ὅταν γένηται χρόνος. Neque enim μνημονεύειν et μνήμη prorsus idem significant, sed est quod differat inter haec verba: nomini μνήμη potissimum habitus cuiusdam et affectus notio subiecta est, verbo μνημονεύειν actio quaedam declaratur. Ob id ipsum igitur, quod non idem valent, μνήμη et μνημονεύειν coniuncta verbo ἀναμιμνήσκεσθαι opponuntur veluti 449^{b}4, 451^{a}14, 453^{b}7; ex contrario nusquam invenitur coniunctum ἀνάμνησις καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, videlicet quod nihil differunt. Restat, ut alios locos proferam, quibus συμβαίνειν absolute usurpetur: 438^{a}13 (συμβαίνει τὸ ὁρᾶν), 451^{b}10, 472^{a}14.

453^{b}11: περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως σκεπτέον, τίνα τε τυγχάνει ὄντα, καὶ πότερον ἴδια τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ σώματος ἢ κοινά, κ ἂ ν ε ἰ κοινά, τίνος μορίου τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ σώματος scribendum esse puto pro κἂν ᾖ.

Cum η in codice E ‚ab altera manu superscriptum' sit, assentior Bussemakerio, qui codicem E primum κἂν εἰ habuisse putet;

[1]) quam haud scio an ne Themistius quidem habuerit; at parvi est momenti, etsi legerit, cum omnes codices praeter L consentiant.

nam si prima manu scriptum esset κἂν ᾖ, correctione η non opus erat. Ac certe in tali enuntiato verbum non magis desideramus quam 455^{a}4: διὰ τί δὲ καθεύδει καὶ ἐγρήγορε, καὶ διὰ ποίαν τιν' αἴσθησιν ἢ ποίας, εἰ δ ι ὰ π λ ε ί ο υ ς, σκεπτέον. Itaque miror, quod Bussemakerius scripsit καὶ εἰ: mea quidem sententia et κἂν ᾖ in E$_{2}$Y et καὶ εἰ in LSUM corrupta sunt, neque κἂν εἰ in textum recipere dubito coll. Pol. 1278^{b}6: . . . τὸ μετὰ ταῦτα σκεπτέον πότερον μίαν θετέον πολιτείαν ἢ πλείους, κἂν εἰ πλείους, τίνες καὶ πόσαι; De litterarum ει et η permutatione cf. annotationem ad 448^{b}26 p. 19. Pariter atque hic SU καὶ εἰ pro κἂν εἰ interpolant 453^{b}20 [1]), MZ κἂν omittunt 475^{a}12. — De particularum apud Aristotelem usu disserit Eucken, De Aristotelis dicendi ratione I. Observ. de part. usu. Gotting. 1866; cf. p. 60 sq. Miror cur Gerth (Kühner-Gerth Gr. Gr. 3. ^{0}. II^{1}. cf. 398 Anm. 2) neque Euckeni neque Aristotelis mentionem faciat, quamquam particulae κἂν εἰ, quarum usus ‚post Aristotelis tempus abolevisse videtur', ‚apud nullum saepius quam apud Aristotelem' inveniuntur.

VIII. Hos igitur locos et alii et ipse emendare conati sumus. Sed cavendum est, ne emendare rati interpolemus. Neque enim desunt ii loci, qui corrigendi quidem esse videantur, sed corrigendi non sint. Cum autem quae contendi, exemplis comprobandum sit, examinemus

440^{a}2: ἢ καὶ πάσας τὰς χρόας ἐν ἀριθμοῖς εἶναι, τὰς μὲν τεταγμένας τὰς δὲ ἀτάκτους, καὶ αὐτὰς ταύτας, ὅταν μὴ καθαραὶ ὦσι, διὰ τὸ μὴ ἐν <τοῖς αὐτοῖς> ἀριθμοῖς εἶναι τοιαύτας γίγνεσθαι perperam coniecit Biehlius.

Facile hunc locum corruptum esse videri non nego. Cum enim omne genus colorum ‚in numeris esse' positum sit (^{a}3), miramur, cur speciem quandam, colores impuros, oriri ‚διὰ τὸ μὴ ἐν ἀριθμοῖς εἶναι' hic contendatur. Itaque Biehlius coniecit ἐν <τοῖς αὐτοῖς> ἀριθμοῖς, quod comprobari non potest coll. 439^{b}25 sq.: ἔστι μὲν οὖν οὕτως ὑπολαβεῖν πλείους εἶναι χρόας παρὰ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, πολλὰς δὲ τῷ λόγῳ· τρία γὰρ πρὸς δύο, καὶ τρία πρὸς τέτταρα . . . ., τὰ δ' ὅλως κατὰ μὲν λόγον μηδένα sq.; neque enim συμμετρία idem valet quod ἰσομετρία. Cum autem συμμέτροις [2]) vel simile quiddam inserendum

[1]) 453^{b}20 cum Bek. tum Bhl. parum accurate annotant; habent enim κἂν εἰ **EMYLP** Them. Mich.

[2]) cf. Alex. 114,10.

esse e contextu rerum ac verborum colligatur, ipse coll. 439^{b}32 (τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀριθμοῖς εὐλογίστοις χρώματα) scribendo ἐν ἀριθμοῖς ⟨εὐλογίστοις⟩[1]) locum emendare mallem — si emendatione opus esset. Atqui non est. Quamvis enim scriptorem tam neglegentem in scribendo, ut verbis ἐν ἀριθμοῖς εἶναι aliud in tertio (^{a}3), aliud in quinto versu ostendat, vituperes, tamen non est, cur corrigas, propterea quod Aristoteles 442^{a}16 ἐν ἀριθμοῖς idem intellegi vult quod ἐν ἀριθμοῖς τεταγμένον dicendum erat; neque enim ad vulgarem sensum orationem accomodat, sed breviter et significanter dicit, quasi coram discipulis.

475^{a}15: καὶ τῇ τρίψει τῇ πρὸς τὸν ὑμένα ποιοῦσι τὸν βόμβον, ὥσπερ ἐλέγομεν, sq. pro λέγομεν scribendum esse perperam coniecit Biehlius.

Aristotelem enim, cum nos ad ea, quae paulo ante disseruit, delegat (delegamur ad 475^{a}9), non imperfecto, sed praesente uti tempore his locis comparatis evincitur: 438^{b}17; poet. 11, 1452^{a}24; polit. I 1254^{b}3; meteor. I 344^{b}27.

480^{a}22: οὐ πόρρω γὰρ οὔθ' ὁ πνεύμων οὔθ' ἡ καρδία πρὸς ⟨τὸ⟩ δέξασθαι σχῆμα τοιοῦτον Bek. Didot. Bhl.

Cum nullus codex, ne L quidem, πρὸς τὸ δέξασθαι habeat[2]), haec lectio in coniectura posita est. Sed non est, cur post οὐ πόρρω infinitivum consecutive usurpatum προσδέξασθαι, quem omnes tradunt codices, reiciamus. Qui tamen emendandum esse putat, ei rectius quam πρὸς τὸ δέξασθαι scribendum est ⟨τοῦ⟩ προσδέξασθαι, cf. Plat. Theaet. 151 C: πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι.

IX. Restat, ut disputemus de iis locis, quibus ipse quoque lectionem a Biehlio in textum receptam comprobem, sed paulum ad rectam interpretationem me collaturum esse sperem.

452^{a}26: ἐὰν οὖν δι' ἃ πάλαι οὐ κινηθῇ, ἐπὶ τὸ συνηθέστερον κινεῖται E(Y)[3]) Biehlius.

Laudo, quod Biehlius non solum lectionem vulgatam ἐὰν οὖν μὴ διὰ παλαιοῦ κινῆται, sed etiam lectionem a Freudenthalio compro-

[1]) quod adiectivum ut omitteretur, facile fieri potuit, deflexis librarii oculis ad 440^{a}3,4: ἐν ἀριθμοῖς εἶναι: cf. EY, qui ^{a}3 τἄλλα — ἀριθμοῖς omittunt, videlicet propter ἀριθμοῖς quod antecedit.

[2]) Bek. et Bhl. parum accurate annotaverunt; nam προσδέξασθαι habent **LMZP**. Littera S autem, cum S 479^{b}12 ‚exierit', in Biehli annotatione delenda est 479^{b}30, 480^{a}19, ^{a}30, ^{b}14, ^{b}27, apud Bekkerum 479^{b}17.

[3]) Y habet ἐὰν οὖν μὴ (= LSU).

batam ἐὰν οὖν διὰ παλαιοῦ κινῆται reiecit. Hac enim lectione recepta nihil aliud fit nisi difficultas interpretandi occulitur, cum pluribus verbis eadem significentur. Sed ne lateat, de qua re disputetur: τὸ αἴτιον τοῦ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐνίοτε μὲν μνησθῆναι, ἐνίοτε δὲ μή. Atque fieri potest, ut memoria ab eodem principio ad plures res perveniat, veluti a Γ ad Δ aut Z. Quodsi animus eadem via ducetur, qua aliquando Z et Δ consociata erant, et illius Z et Δ meminerimus. Sin autem alia causa atque priore tempore movente (δι' ἃ πάλαι οὐ) alia ducetur via, illius Δ non meminerimus, nisi saepius cum Γ coniunctum erit quam Z (ἐπὶ τὸ συνηθέστερον); sed erit saepius coniunctum, quod propius illi Γ et in ea via est, qua animus ad Z duci solet. Cum igitur animus novam ingreditur viam, plurimum valet consuetudo. Quare infirmae et rarae idearum consociationes non redintegrantur, nisi eadem via qua primum ortae sunt; eadem autem via non ducetur animus nisi eadem causa movente qua prius. Quo fit, ut aliarum meminerimus aliarum non meminerimus — id quod erat demonstrandum. Itaque lectio ἐὰν μὴ διὰ παλαιοῦ ab interpretatione parum accurata profecta esse videtur. Neque in accusativo post διὰ posito offendimus, quod hac praepositione hic non simpliciter via, non notio ‚per', sed causa movens, ‚propter' significatur.

ad **469^{a}31**: quid sit ἡ ἐσχάτη τροφή.

Artis vocabulum ἐσχάτη τροφὴ idem valere quod ἡ εἰς τὰ ἔσχατα μόρια διαδεδομένη ex part. an. IV 678^{a}6 intellegitur et iam pridem constat, cf. Waitz, Organon I 379. Sed prorsus idem significare vocabula ἐσχάτη τροφή, τελευταία τρ., ὑστάτη τρ., πρώτη τρ. non recte iudicant et Waitz et Bonitz (p. 773^{b}). Quamquam enim τελευταία τροφή et ἐσχάτη τρ. differre non videntur coll. 469^{a}1 et part. an. II 650^{a}34, tamen Aristotelem duobus vocabulis prorsus idem declarare non ita verisimile est. Atque τελευταία τροφή ab Aristotele sic definitur: τροφὴ πεπεμμένη (an. II 416^{b}5). Hoc autem alimentum concoctum et in sanguinem conversum appellatur ἐσχάτη τρ., ubi primum ‚in singula membra digestum' est, non prius; cf. gen. an. I 726^{b}3, ^{b}9. Neque enim 469^{a}1 (καὶ ὅτι τὸ αἷμα τοῖς ἐναίμοις ἐστὶ τελευταία τροφή, ἐξ οὗ γίνεται τὰ μόρια) recte interpretabimur, nisi contulerimus part. an. IV 678^{a}6: τὴν ἐσχάτην τροφήν, ἐξ ἧς ἤδη διαδίδοται εἰς τὰ μόρια et gen. an I 725^{a}14: χρησιμώτατον δὲ τὸ ἔσχατον (audi: περίττωμα) καὶ ἐξ οὗ ἤδη γίνεται ἕκαστον τῶν μορίων· ἔστι γὰρ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δ' ὕστερον. (Spectemus categoriam temporis!) Ex eodem loco apparet

discernenda esse πρώτη τρ. et ἐσχάτη τρ. Primi enim alimenti excrementum φλέγμα esse dicitur, extremi σπέρμα (cf. gen. an. I 726^{b}9). Atque πρώτη τρ. id appellatur alimentum, quod non iam τροφή οὐ τροφή vel θύραθεν τροφή, sed significanter τροφή dicendum est, quod tamen nondum in sanguinem conversum, sed iam confici et concoqui coeptum est. ὑστάτη τροφή autem ab ἐσχάτη τρ non differt, nisi quod unum vocabulum ad tempus spectat, alterum ad locum.

X. Extremum est, ut pauca addam de nova mea codicis L collatione. Atque primum multis locis discrepat L cum ceteris codicibus, quod levibus librarii mendis corruptus est, quae quamquam adhuc ignota sunt, praetereo: unum locum affero: 469^{b}22: ἐφ' ἑαυτοῦ pro ὑφ' αὑτοῦ in L quidem non est, quippe qui ^{b}22 καλοῦμεν — ^{b}22 σβέσιν omittat. Multo pluribus locis lectiones, quas Bekkerus annotavit, codex L aut non habet aut non solus.

Atque primum affero eos locos, quibus L a lectione vulgata non dissentit:

438^{b}23: αὐτὴν ὃ δυνάμει etiam L = EPU Alex., non αὐτὴν δυνάμει.
440^{b}26: μὲν ne L quidem omittit.
441^{a}13: γινομένους etiam L, γενομένους M solus.
 ^{b}7: ἔχουσαι etiam L, non ἔχουσι.
442^{a}11: τὸ ante ἐπιπολαστικὸν ne L quidem inserit.
443^{b}22: αἱ om. MS_1, L non om.
444^{b}7: μόνων etiam L. non μόνον.
445^{a}18: σύνθετον Y, συνθέτην (recte) L = EMPSU.
446^{a}28: δόξειε etiam L, non δόξει.
 ^{a}30: καὶ non om. L.
446^{b}23 v. p. 25.
447^{b}11: αὐτῇ L = MSU Alex., non αὐτή.
449^{b}20: δύο L = E_1 MPSU, non δυσὶν.
450^{b}22: καὶ om. EY, sed L non om
452^{b}23: γίνηται etiam L, non γένηται.
457^{a}16: πνευματῶδες etiam L, non πνευματώδης.
 ^{a}33: ὑπάρχῃ etiam L, non ὑπάρχοι.
464^{a}11: ἀπορροίας L = E_1MPSU, non ἀπορροὰς.
 ^{a}12: μᾶλλον non om. L.
465^{a}7: καὶ non om. L.
 ^{a}29: ἦν etiam L, non ᾖ.
466^{a}24: πῦρ non om. L.

467^{a}27: ταὐτὰ etiam L, non ταῦτα.
 ^{b}17: ἢ post ψυχῆς non om. L
469^{a}26: καὶ θρεπτικῆς (omisso articulo) etiam L.
470^{a}9: περιπεπωμασμένοι etiam L, non παραπεπ.
 ^{a}24: προσενεγκαμένοις etiam L, non εἶσεν.
 ^{a}27: ἐὰν etiam L, non ἂν.
 ^{b}11: ὅπως etiam L, non ὡς.
 ^{b}15: δύνανται etiam L, non δύναται.
 ^{b}24: ἰχθύες L = MPZ, non ἰχθῦς.
471^{b}13: φαίνονται etiam L = MPZ, φαίνεται S.
473^{b}2: ἔνεστι etiam L, non ἔστι.
474^{a}9: διὰ non om. L.
 ^{b}21: ἐὰν etiam L, non ἂν.
475^{a}22: δύνανται etiam L = MPZ. δύναται S.
476^{a}2: καλουμένων σελαχῶν etiam L, non πλατέων σελαχῶν, sed super σελαχῶν positum est πλατέων.
477^{a}7: ἱστορίαις etiam L = MZ, ἱστορίας PS.
478^{a}12: ἔχουσιν ἔναιμον etiam L, non ἔχει.
 ^{a}22: τούτων etiam L, non τούτου.
479^{a}18: γένηται etiam L, non γίνηται.

Aliis locis L etsi non lectionem vulgatam habet, certe cum alterius classis codicibus congruit:

436^{a}10: γὰρ om. L = S.
437^{b}32: ἐεργμένον L = PSU, non ἐργμένον.
440^{a}7: τὸ] τῷ SU, τὸ L, sed superscriptum est ῷ.
441^{a}13: γινομένους etiam L, γενομένους M solus.
443^{a}1: πλουτικὸν] πλυτικὸν LS.
446^{b}23: ἑτέρου recte L = corr. PU, Alex., vet. tr., non ἑτέρῳ.
447^{a}25: ἐὰν] ἂν δ' LP, non ἂν.
448^{a}10: ἂν] ἐὰν L = PSU.
 ^{b}6: οὐκ om. L = SU.
449^{a}7: ἓν ante ἓν om. L = PSU.
450^{b}30: ὥσπερ] καὶ ὥσπερ L = PSU.
451^{a}5: ἐνίοτε ante ὁτὲ δὲ inserunt LP, post ὁτὲ δὲ S, ante διστάζομεν corr. U.

451^{b}10: μανθάνουσι] μανθάνει L = S.
^{b}29: ἀλλήλαις om. L = SU.
452^{a}22: ἐζήτει] ἐπιζητεῖ L = SP, non ἐπεζήτει.
^{b}19: πρὸς τὴν αβ] πρὸς αβ L = PS.
(454^{a}26: ὑπερβάλλῃ] ὑπερβάλῃ L = MU).
455^{a}15: τρόπον] λόγον L = SP.
^{a}16: ᾗ] ἡ L = MS.
^{a}31: συνέβαινε] συμβαίνει L = U.
^{b}15: ἕνεκα] ἕνεκεν L = PSU.
456^{a}2: αὕτη] αὐτὸ L = SU.
^{a}10: πεποίηκε EY, πεπόρικε L = MPSU. non πεπόρηκε.
^{b}3: ἡ om. L = SU.
457^{b}8: ὑπνωτικὰ] ὑπνωτικὸς L = PU, non ὑπνωτικόν.
^{b}31: τούτῳ μόριον om. L = SU.
458^{a}22: προσφοράν] προσφ. ἀδιάκριτον L = SU, non ἀδιακριτώτερον, ἀδιακριτώτατον P.
^{b}26: τό γε τοσοῦτον] εἰς τοσ. ne L quidem habet, sed om. τό γε = SU.
459^{a}6: τὸ ὁρώμενον om. L = PS.
^{a}20: γινόμενον] γενόμενον L = U.
^{b}3: τοῦτο om. L = SU.
^{b}25: περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ LS, περὶ ὧν κἂν καθ' αὑτὸν EMY.
460^{b}14: μὲν om. L = MSU.
(461^{b}30: ποιεῖν] ποιεῖ L = SUY.)
462^{a}5: ὁ om. L = SU.
^{b}25: τινάς] τινά L = PSU.
463^{a}3: τὰ δὲ] καὶ L = PSU. non τά.
^{b}20: ἄρτια μερίζοντες] ἁρπάζουσιν ἐρίζοντες L = PU.
^{b}24: καὶ post τὰ om. L = PS.
464^{a}12: ὅπῃ in nullo codice esse videtur; ὅποι L = PU.
465^{b}20: ἂν εἴη] ἡ L = S.
466^{a}13: τὰ] τὰ μὲν L = PS.
473^{a}19: καὶ om. L = PS, vet. tr., ἡ om. L = S.
^{b}11: ἐπὶ στομίοις recte L = S, non ἐπιστομίοις.
473^{b}20: ἔτ'] δ' L = MS.
475^{b}30: καὶ καθεύδει — ξηρῷ, non solum καὶ καθεύδει, om. L = S.
477^{b}26: ἔσται] δ' L = S.

Neque desunt loci, quibus in L idem legitur, quod in codicibus prioris familiae [1]):
437^{b}8: συμβαίνει] συμβαίνειν etiam L = EMY Alex.
^{b}10: αὐτόν] αὑτὸν etiam L = E_2Y.
442^{b}21: τὸ περιφερὲς etiam L = E Alex., non περιφερές.
450^{a}3: τοῦ τριγώνου etiam L = E Them. Mich., non τὸ τριγ.
^{a}32: δακτυλίοις] δακτύλοις L = M.
^{b}19: μνημονεύει] μνημονεύσει LP = EY.
^{b}21: ζῷον καὶ ζῷον etiam L = E (non om. prius ζῷον).
453^{b}20: κἂν εἰ LP = EMY Them. Mich, non καὶ εἰ.
^{b}26: ἀντίκεινται] ἀντίκειται LP = M.
455^{b}30: τε etiam L = EMY, non om.
(456^{a}32: δή] δ' etiam L = E_2YU.
(461^{a}31: ἐγρηγορὼς] ἐγρηγόρως LP = ENU).
465^{a}27: συλλογίσαιτ'] λογίσαιτο L = MPZ.
^{a}29: τις om. L = MPZ.
470^{a}29: συμβαίνῃ] συμβαίνει L = MZ.
473^{b}20: ἐσέρχεται] εἰσέρχ. L = MPZ.
(480^{a}12: αἰεὶ] ἀεὶ L = MZ.)
480^{a}28: αὐτῷ] ἐν αὐτῇ L = M.

[1]) nonnullos locos, quos iam supra commemoravi, hic iterum afferre non dubitavi.

Vita.

Carolus Eduardus Bitterauf, natus a. d. IV. Non. Januarias MDCCCLXXIV Windsheimii, in urbe Bavariae, patre Josepho matre Henrica de gente Mueller, quos adhuc superstites esse gaudeo, fidei addictus sum evangelicae. Primis elementis in ludo Windsheimensi imbutus scholam latinam eiusdem urbis, deinde gymnasium Erlangense adii, ubi Westermayeri rectoris praestantissimi institutione uti mihi licuit. Maturitatis testimonio anno MDCCCXCII instructus dubitabam, utrum ad philologiae an theologiae studium me conferrem. Atque primum quidem duos annos in studiis theologicis et philosophicis potissimum versatus scholis professorum interfui Erlangensium cum aliorum tum horum: Falckenberg, Klass, v. Müller, Berolinensium Harnack, Treitschke, Curtius; tum autem Monachiae studiis philologicis operam dedi et scholis interfui virorum doctissimorum v. Christ, v. Müller, v. Wölfflin, Furtwängler, Paul, Riehl — quibus omnibus hac occasione oblata gratias ago maximas semperque habebo. Seminarii philologici sodalis per sex spatia semestria, senior per duo fui. Docendi facultate accepta gymnasio Maximilianeo Monacensi adscriptus sum, ut cursui paedagogico qui vocatur interessem.